

tiónis. Quae brevi, plúrimis ab eo tolerátis labóribus, praecláris aucta viris cum Dei benedictióne valde suerévit; a Sede Apostólica non semel confirmátá, una cum Régulis, quas orándo ipse a Deo accéperat, et quarto áddito voto pergrátam domínicae Passiónis memóriam promovédi. Saeras Virgines quoque instituit, quae excéssum charitátis divini sponsi sédulo meditaréntur. Haec inter, animárum inexháusta aviditaté ab Evangelii praedicatióne nunquam deficiens, hómínes pene innúmeros, étiam perditíssimos, aut in haeresim lapsos, in salutis trámitem addúxit. Praesértim Christi enarránda Passióne, mirifica ejus oratiónis vis erat, qua una cum adstántibus in fletum effúsus quaelibet obduráta corda ad poeniténtiam seindébat.

R. Amávit eum.

Lectio vj.

TANTA in ejus pectore alebátur divínae charitátis flamma, ut indúsium quod erat cordi própius, saepe véluti igne adústum, et binae cóstulae elátac apparúerint. Sacrum praesértim faciēns non póterat a lícymis temperáre : frequénti quoque

éxtasi, cum mira intérdum corpóris elevatióne, frui, vultúque supérna luce radiánte conspiciébátur. Quandóque, dum concionarétur, coeléstis vox verba ei suggeréntis audíta fuit, aut sermo ejus ad plura míllia páccatorum intónnuit. Prophetiae et linguárum dono, córdium scrutatióne, potestáte in daemones, in morbos, in eleménta enstuit. Cumque ipsis Summis Pontíficibus carus ac venerándus esset, servum inútilem, peccatórem nequíssimum, a daemóniis quoque conculeándum se judicábat. Tandem, aspérrimi vitae géneris ad longam usque senectútem tenacíssimus, anno millésimo septingentésimo septuagésimo quintó, cum praeclára mónita, véluti sui spíritus transmissa haereditaté, alúnnis tradidisset, Ecclesiæ sacraméntis, ac coeléstí visioné recreátus, Romae, qua praedíxerat die migrávit in coelum. Enn Pius Nonus Póntifex Máximus in Beatórum, novisque deínde fulgéntem signis in Sanetórum número rétulit.

R. Iste homo.

In iij. Noct. Homilia in Evang., Designávit Dóminus, ut in Comm. Evangelistarum.

Lectio ix. S. Vitalis Mart.

Concordat cum Originali existenti in Secretaria Congregationis Sacrorum Rituum. In fidem, etc. Ex eadem Secretaria hac die 10 Septembris 1867.

Pro R. P. D. DOMINICO BARTOLINI, Secretario.

JOSEPHUS CICCOLINI, Substitutus.

Hoc Officium, quod cum Originali suo omnino concordat, imprimi potest. Quebeci, 1 Junii 1869.

CAROLUS FRANCISCUS, ARCH. QUEBECEN.